

BV4254

.L3

C3

v.2



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

DE SACRIS ARCANIS

PURIFICATIONIS B. VIRGINIS

ET PRAESENTATIONIS CHRISTI DOMINI IN TEMPLIO

LIBER OCTAVUS

HOMILIA PRIMA.

Intemeratae Deiparae Mariae Virginis mira excellentia, ac eximia tam animi, quam corporis puritas ostenditur, ex quo, lege purificationis non fuisse comprehensam haud obscure comprobatur.

Illorum rhetorum morem non semel observavi, qui ad propria scripta evolventa, legendum animos ut alliciant, pertractandi argumenti sublimitatem statim eis ob oculos ponunt; quo artificio usus video disertissimos poetas Virgilium, et Lucanum: ille namque dicere coepit (*Aeneidos*):

At nunc horrentia Martis
Arma, virumque cano Troiae, qui primus ab oris.

Hic vero in hunc modum exorsus est:

Bella per Ematios plusquam civilia campos, etc.

Imo sacer evangelista Matthaens superno lumine illustratus simili artificio ad captandam benevolentiam in exordio sui operis utitur, dum primum omnium inenarrabilem Christi generationem, ut praedixerat Isaias (c. 53): *Generationem eius quis enarrabit? ipse ex professo sibi enarrandam pollicetur (Matth. 1): Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.* Hunc igitur eundem morem imitatus, praesentis argumenti celsitudinem in huius operis limine propono. Sacra Deiparae arcana reserare tento, Dei Genitricis gloriosa trophaea cano: illius memoranda gesta scribo, quae Deum, et hominem utro suo gestavit: eius denique tractationem prosequor, cuius ineffabilis CARTHAGENA, de B. M. V.,—Vol. II.

sanctitatis, ac puritatis excellentiam celebriores Ecclesiae Patres ubique gentium illustrare nisi sunt. Ad orientalem enim plagam magnus pater Efreem non pauca in eius laudem in Syria scripsit: multa Basilius, et Nazianzenus in Cappadocia, Chrysostomus in Antiochia, s. Methodius martyr in Licia, s. Gregorius Thaumaturgus in Ponto, s. Ioannes Damascenus in Arabia, Hesy chius presbyter, et insignis patriarcha Sofronius in Palaestina, Epiphanius in Cypro, Cyrillus, et Athanasius in Aegypto, Germanus, et Proculus episcopi sanctissimi Constantinopoli, et in Thracia, Hieronymus in Dalmatia, Rupertus Abbas, et Albertus magnus in Germania, Anselmus, et Beda in Anglia, Irenaeus, et Dionysius, necnon mellifluus Bernardus in Gallia, Ildephonsus in Hispania, Cyprianus, et Augustinus in Africa, angelicus Thomas, et seraphicus Bonaventura in Italia. In quorum omnium persona Rupertus in Cantica, intelligens per *murenulas aureas* Virginis praeconia, inquit: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, id est, ornamenta benedictionis, et gratiarum actionis, benedicendo, et gratias agendo Deo, quod sic fecit tibi, ita ut non sit locus, ubi vox laudis huius non audiat, quae tuum nomen celebrans iugiter te ambiat, et quodammodo de collo tuo dependat.* Omnium istorum praeclara scripta cum lego, me erubescens silere cogunt, Simondisque sententiam in memoriam revocant: *Nunquam possunt silere silentii; sermonis autem sapientum. Verum sapientis Pythagorae consilio acquiescent: Aut sile, aut offer meliora silentio:* permissa, divina irrorante gratia, in laudem tantae Matris effundam, quae tametsi miram eius excellentiam nec superent, nec exaequent, meliora tamen esse silentio, nemo sanae mentis diffidebitur. Ut autem id praestem, purissima Virgo, in eoque tuis advoivor pedibus, quibus coles etiam

003483

ipsi sese proserunt: praesentes tunc praefulgens numini decalos labores suscipe; afflige micantissima stellas caliganti, dirige errantem, confirma vacillantem, adesio in obsequium tuum laboranti, ut saltem meliora silentio dicam. S. Anselmus (in *orat. ad Mar.*) ingenuè fatetur ad condignas Virginis laudes promendas se omnino imparem esse; O nimis, inquit, *exaltata, quam sequi conatur affectus animae meae: quo aufugis aciem mentis meae, o pulchra ad intuentium, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, quo evadit capacitas cordis mei?* Sed quid mirum, si Anselmi captum illa superet, quae coelestium spirituum transcendit intelligentiam, Damasceno (*ser. de Ass.*) dicens *Virginem non hominum lingua, non mundo sublimior angelorum mens, sat dignis laudibus offerre potest?* Quibus permixta sunt illa alia divi Bernardi (*ser. 4. de Assump.*): *Quanam poterit lingua, etiam si angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem Matrem? Matrem autem non cuiuscunque, sed Dei? Idem ergo Patres eximiam Virginis sanctitatem, et puritatem admirantes, praeter pleraque alia, quae primo tono retulimus, haec quae sublimiam edixere. Iustinus martyr (*orat. de pacē*) ait: *Nullus mortalium, quavis donorum numerositate sit praeditus, Virgini valet coaequare.* D. Laurentius Iustinianus (*ser. de Assump.*): *Merito, inquit, quidquid honoris, quidquid felicitatis habebatur in singulis, totum abundabat in Virgine.* Sanctus Thomas (*opus. 4.*) parum id iudicans, non solum cunctis mortalibus, sed universis spiritibus angelicis illam anteposuit: *Excessit autem Maria angelos, inquit, in tribus, in quibus excedebat ceteros homines, videlicet, gratiae plenitudine, familiaritate Dei, et puritate.* Hinc S. Ephrem (*or. de laud. virg.*) dixit: *Sublimior est coelestibus, purior solis radio, et splendoribus.* S. tamen Epiphanius (*orat. de laud. virg.*) altius beatam Virginem extollens haec scripsit: *Matre Domini nihil nobilius, et praestantius, Deoque coniunctius.* Sublimius tamen adhuc de Maria cogitantes d. Anselmus (*de concept. virg. c. 12.*), et b. Andreas Cretensis (*orat. de Assumpt. Virg.*), praedicta omnia longe transcendunt, dum ille dixit: *Decibat Virginem ea puritate nitere, quae maior sub Deo nequeat intelligi: iste vero non dissimiliter: Excepto Deo solo, est omnibus altior.* Et quis quaeso inficiari audebit puritatum puritatis fontem, de quo sapienter idem S. Anselmus (*or. de Virg.*) dixit: *Mira res, inquam sublimiter contempler Mariam vocatam! omnis natura a Deo est orta, et omnis Dei natura ex Virgine: quis, inquam futuram Dei Matrem, totius munditiae, et sanctitatis perfectissimum exemplar extitisse abnegabit? Id satis constanter clarissima illa epitheta, quibus divina eloquia, ac sacri eorum Interpretes beatam Virginem frequenter cohonestant; dum illam compellant eboreum Salomonis thronum, incorruptibilem testamenti arcam, hortum conclusum, rubrum ardentem incombustum, pulchram ut lunam, splendens ut solem, lucem irradiantem, auroram rutilantem, lucidissimam nubem, lectulum floridum, liliū inter spinas, rosam hiericuinā, mulierem sole amictam, speculum sine macula, in quo Deus imaginem suam im-**

pressit: nullum sane quantumvis summo officio affabrefactum speculum reperiri potest, in quod si oris huius imitatur, continuo non maculetur, et obscuratur; ac beata Virgo portentuosum adeo speculum fuisse perhibetur, talique puritatis splendore nitidum, ut antiqui serpentis halitus, quo universum genus humanum infecit, illam minime macularet; imo, ut arbitror, nec maculae poluit: quia beata Virgo caput eius contrivit; contrito autem capite, necesse fuit halitum, et respirationem eius cessare: ac tandem illam comparant coelesti civitati Ierusalem; quia sicut de illa d. Iohannes (*Apocal. 21*) testatur: *Ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo: non intrabit in ea aliquid coquinatum; et illa nil in beatam Virginem irrepsit impurum, quae ipsius puritatis edidit auctorem, et munificum largitorem.* Ad haec egregiam illam nomenclaturam, quam propheta Habacuc beatae Virginis tribuit, utpote ad Marianam puritatem commendandam non parum conferentem, silentio non praetermittam. Austrum illam nuncupavit (*Habac. 3*): *Deus ab austro venit, et sanctus de monte Pharan.* Per austrum meridiem significari multi Interpretes docent; meridiem autem, ut nominis eius etymologia praesert, idem est, quod *medius dies.* In medio autem die, quando sol e directo super nostrum Zenith respicit, illa ut quasi perpendiculariter correspondet capiti nostro, nullam prorsus umbram facit, quia splendidissimus sol fulgoribus universas partes irradiat: cum ergo Habacuc ait, Christum Dominum ab austro venire, certe beatam Virginem; a qua ortum habuit, et tot solis iustitiae radiis instar medii diei exornatum fuisse constatur, ut nulla unquam alicuius inquinamenti umbra fuerit obscurata. Imo non solum vocans illam austrum mira puritate nitentem ostendit, sed puritatis munificam largitricem esse, haud obscure significavit. Ut enim ait d. Hieronymus, id referente Rabilio, auster est pater pluviarum; ita b. Virgo tam est sua deprecatione efficax, ut immundis peccatoribus illam invocantibus divinae gratiae pluviam continuo impertiat, qua et conspiciendus ardor lepesat, et maculae animae abstergantur. Quod si, ut alii volunt, meridiem est idem, quod *merus dies*, quia cum quaecumque alia diei pars extra meridiem caret perfectissima illa luce quae tunc viget, necesse est alicuius claritatis diminutionem sustinere, et ideo nulla diei pars praeter meridiem merus dies nuncupari potest: per hoc vero satis perspicue significari arbitror discerni inter beatam Virginem, et universum sanctorum coetum; ipsi enim, cum non essent meridiem, sed veluti partes diei, obscuritatis peccati originalis ut minimum particeps fuere; beata autem Virgo tanquam merus dies, tanta puritatis claritate praefulsit, ut nec minimam peccati originalis, ac actualis caliginem unquam sustinerit. Scio etiam austrum in herbraeo, ut illius idiomatis periti audent, idem esse quod *dextrum*, quia si orientem respicimus, medius dies manum dexteram tenet, in quo, ut ad praesens argumentum spectat, illud suspicio latere arcanum, quod si de

sanctitate, ac puritate inter beatam Virginem, et reliquos fiat comparatio, beata Virgo dexteram manum tenet, reliquit, etiam angeli, sinistram. Unde perfectissimus omnium angelorum Lucifer, licet adeo insanisset, ut diceret (*Isai. 14*): *Similis ero Altissimo; id tamen quod conatus est obtinere, solum fuit sedem suam constituere in plaga aquilonari, quae sinistram partem tenet: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Ecce praenovit excellentem adeo esse Virginis puritatem ac eximiam eius sanctitatem, ut nulla superbia intumescens, primas, licet invitus, Virgini deferre coactus fuerit, sinistram tantum sibi arrogans, non dexteram tantae Matri debitam. Ac tandem quod subdit propheta Habacuc (*c. 3*): *Et sanctus de monte Pharan, eandem Virginis miram puritatem adstruit: nam Pharan, ut observavit Arius Montanus (in suo Apparatu), idem pollet quod pulchritudo, seu laus, vel gloriatio: unde perinde fuit dicere: Et sanctus de monte Pharan; ac si dixisset, ortum habiturum Christum a matre pulchra propter eximiam eius animi pulchritudinem, omnique laude, et gloria dignissimum.* Sed adhuc maiora his apponam. Memini, quod huic argumento inservere potest, magnum illum philosophum Averroem, dum de aristotelici ingenii acuminis loqueretur, dixisse: *Credidit, quod iste homo fuerit regula in natura, quam natura invenit ad demonstrandam ultimam perfectionem in scientia totius naturae; ita sane videtur in ordine supernaturali, beatam Virginem fuisse velut regulam quandam, ac normam recte vivendi hominibus coelitus datam, ut non obscure indicant verba d. Ambrosii (*lib. 2 de virg. in prin.*), dum illam vocat, *formam virtutis, et exemplar, unde sumuntur magisteria expressa prohibitis.* Ad extremum tanta fuit immaculatae Virginis puritas, ut pro expiatione alicuius inquinamenti nullo unquam indigeret sacramentis veteris, aut novae legis, licet alioquin non nulla ex illis suscepit. Recepit enim in lege scripta remedium per oblationem parentum, quod pro originario peccato foemini applicari solebat; indubitatum autem est apud fideles, peccato originali, antequam nasceretur, illam caruisse, cum, nemine dissentiente, in utero matris fuerit sanctificata: suscepit in lege gratiae sacramentum baptismi, tum quia erat pro omnibus fidelibus praecipuum divinum de receptione illius (*Joan. 3*): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.* tum quia, ut docet d. Thomas (*in 4. dist. 6. quib.*), etiam sanctificatus in utero materno, tenetur ad suscipiendum baptismum; tum propter acquirendum characterem, quo annumeretur in populo Dei, et discernatur ab infidelibus; tum quia baptismus est laeva sacramentorum, potestatemque confert ad eorum usum, et receptionem: unde cum beata Virgo euptura esset sacramentum Eucharistiae, ad idque sub praeepto divino obligaretur, certe recepit sacramentum baptismi. Illud autem suscepit a Christo Domino, Euthymio dicente: *Scribitur quidam apostolorum temporibus proximi, quod Christus Virginem Matrem, et Petrum baptizaverit.* Confirmationis etiam sacramentum licet non receperit ad eum*

modum, quo nos per signa quaedam sensibilia, ut quidam doctores docent, quibus tamen adversatur Albertus magnus (*cap. 81*), et Pomerius (*lib. 7. par. 1. art. 2*), recepit laeva characterem, et superabundantem Spiritus sancti gratiam ad proflendam Christi fidem, qui sunt effectus istius sacramenti. Sicut enim apostolus in die Pentecostes receperunt perfectissimum confirmationis effectum, per quod confirmati fuerunt in fide et gratia; et ideo postea non egerunt sacramento confirmationis, ut docent gravissimi theologi; potiori iure id dicendum esse de b. Virgine ratio ipsa postulat, cum manifestum sit perfectius, et copiosius illis omnibus Spiritus sancti dona nactam fuisse. Sacramentum item Eucharistiae recepit, multa satis perspicue probant, tum divina lex de communicando a Christo Domino laeva (*Joan. 6*): *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis:* tum quia, et legitur in Actis apostolorum (*Act. 1 et 2*), illi *erant perseverantes in oratione, et communicatione fractionis panis cum Maria matre Iesu:* quae verba de coelesti pane Eucharistiae intelligenda esse communiter esse Patrum sententia, quos sequitur Glossa ibidem. De sacramento deinde poenitentiae, licet quidam antiqui doctores perperam dixerint illud suscepisse Daiparam, pugnat aperte cum definitione sacri concilii Tridentini (*sess. 6. can. 23*) asserentes, ne dum venialiter unquam peccasse: unde cum materia huius sacramenti sit peccatum commissum, certe ipso peccato deficiente, nequit subsistere confessionis sacramentum. Quare sacerdos, qui b. Virgini dixisset: *Ego te absolvo, falsum reddidisset formam sacramenti, et consequenter grave sacrilegium commisisset.* De sacramento autem extremae Unctionis, quavis graves auctores opinantur illud suscepisse, quod tamen ego falsum opinor, ut suo loco ostendam, certe illud non recepit ad abstergendas reliquias peccati, quae veniali tunc macula semper caruit, ut catholica Ecclesia docet, sed ad comparandum matris robur, spualitatemque gratiam ad superandas insidias diaboli in articulo mortis. Tandem ordinis, et matrimonii sacramenta non recepit satis exploratum est, cum illius, ratione sexus non esset capax, istius vero non dum accessisset institutio, cum matrimonio contraxit. Constat igitur apertissime praecellentem adeo fuisse Virginis puritatem, ut quavis multa sacramenta divina institutione ordinata fuerint ad abluendam peccati maculam, nunquam tamen illis ad hunc effectum sibi praestandum indigerent.

Accedit ad haec, quod b. Virgo ex multiplici capite obnoxia non erat purificationis legi. Primo, quia ipsa non pepererat suscepto semine, sed Spiritus sancti obumbratione; lex autem purificationis dicebat: *Mulier, si suscepto semine masculum pepererit, immunda erit:* quod autem hoc nomine seminis principium generationis intelligendum, et non proles, ut falso putant Abulensis, Caietanus, Iansenius, et Oleaster, ex eo constat, tum quia Hebraei omnes, ut adnotat Cardinalis Toletus, verunt, quae effuso suscepto semine coaeperit; effusum au-

fem semen principium est generationis: tum quia Sept. Interpretes transferunt in hunc modum: *Mulier si seminata fuerit*: non ergo ibi nomine seminis intelligitur proles: tum quia vulgata editio, quae ex eo decreto concilii Tridentini omnibus est anteposita, non vertit: *Mulier, quae fecerit semen*; sed *quae suscepto semine*. Ille primo enim modo suscipere possit locus ille explicationem de prole; secundo vero minime: tum quia cum *suscepto semine* idem esset ibi, quod *facere prolem*, omnino superflue positum esset, cum evidens sit nullam foeminam parere posse quae prius quam pariat, prolem pariendam non fecerit. Igitur cum sacra Scriptura nihil superfluum dixerit, consequens est posita esse illa verba *suscepto semine* ad excipiendam beatam Virginem, quae absque semine suscepto peperit. Tandem quia tametsi verum sit, ut volunt praecitati doctores, phrasim hebraicam idem significare, quod problem concipere, seu, ut alii dicunt, *seminificare*; satis constat ex etymologia huius nominis significare, *prolem facere* ex *suscepto semine*; et consequenter quoquo modo exponatur, cum talis conditio defuerit Virgini, non fuit comprehensa in praedicta lege. Item probatur secundum, quia illa conditio si *suscepto semine*, apposita fuit pro matre pariente masculinum: *Mulier*, inquit, si *suscepto semine pepererit masculinum*; non vero pro matre pariente foeminam, de qua postea dicitur: *Si autem foeminam pepererit*: cur enim similiter non dixisset: *si autem suscepto semine foeminam pepererit*, nisi quia una tantum mater futura erat, quae nullo suscepto semine masculum erat paritura, ad quam solum excipiendam ea particula fuit adhibita? Tertio, quia cum Euthymio ponderari debent verba d. Lucae: *Postquam impleti sunt dies purificationis eius secundum legem Moysi*. Ecce ait, secundum legem, non secundum rei veritatem: nam vere ipsa nulla necessitate adstringebatur expectare dies purificationis: itaque dies illi purificationis Mariae non dicuntur secundum realem existentiam, sed secundum existimationem, ad eum fere modum quo Ioseph pater Christi nuncupabatur, non quod esset, sed quia sic putabatur: ut enim docuit d. Hieronymus: *Consuetudo Scripturae est gesta ita referre, quomodo tunc quando fiant, fieri putabantur*. Quarto quia lex dicebat de muliere purificanda: *Omne sanctum non tanget*; quomodo autem posset hac lege adstringi beata Virgo, quae Christum Dominum sanctum sanctorum alvo suo effuderat, ac abere de coelo pleno illam lactans, nutrens, abluens, sinu suo confovens, ulnis suis baiulans, brachiis complexa, atque casto ore osculans, millies tangere, et contrectare necesse erat. Quod sapienter perpendens Eusebius Emiss. dixit: *Non enim de ea dictum fuerat, omne sanctum non tanget, quae ipsum Sanctum Sanctorum in gremio tenebat, in sinu fovebat, et virgineo lacte nutrebat*. Quinto, quia immunditia, a qua purificari praecipiebatur parturiens, vel ortum habebat ex eo, quod immundo conceptum semine, et peccato originali infectum pepererat, vel ex sordibus quas in puerperis contraherat, ut omnes Interpretes unanimi sententia contestantur: quod postremum

manifeste colligitur ex verbis ipsius sacri textus (Levit. 12): *Orabit pro ea sacerdos, et sic mundabitur a profusio sanguinis sui*. Ecce sordes, pro quibus absdergens purificationis lex imposita erat: at beatam Virginem constat ex fide catholica ex primo capite non adstringi ea lege, cum pepererit filium impeccabilem, ut pole virtute Spiritus sancti conceptum, et Verbo divino ab instanti suae conceptionis hypostaticè unum, et ab eodem beatum, et comprehensorem. Ex secundo autem capite beatam Virginem obnoxiam fuisse praedictae legi, nefas est effutare: illa enim in partu non habuit sordes ex fluxu sanguinis provenientes, cum virgo manens pareret, et absque ulla virginei clausuri violatione. Et quidem cum opera Spiritus sancti concepisset, illi solus sanguis profusus a beata Virgine, qui opus erat ad nutrimentum foetus, quo egresso ab utero totus ille sanguis defluebat ad ubera, ut fieret lac in cibum infantis, et consequenter nullas superfluos sanguis superflui, ex quo immundities, aut purificationis necessitas oriretur. Unde s. Eligius (de purific. B. Virg.) dixit: *Nequaquam immunda iudicatur, quae sancto Spiritu obambrante totius munditiae, et sanctitatis auctorem genuisse probatur*. Sed elegantius d. Augustinus (lib. de quinque legibus cap. 5) adversus Manichaeos disputans dixit: *Stulte: unde sordes in Virgine matre, ubi non est concubitus cum homine patre? unde sordes in ea, quae nec concipiendo libidinem, nec pariendo est perpassa dolore? unde sordes in domo, ad quam nullus hospes accesserit? D. Ildephonsus (serm. 2. de purific.): Virgo, inquit, tanto magis libera fuit a corruptionis passione, a dolore carnis, a sordibus ignominiae, quanto gratia plena, et incorrupta. Idem sonant verba d. Zenonis episcopi Veronensis (ser. 3. de nativitate): Non Mater Domini tanti partus pondere exhausta totis pollens iaculi resoluta visceribus. Non Filium matris, aut suis est ulla sordibus delutus: neque enim revera aliquid circa se habere potuit immundum, qui humani generis peccata, sordes, et maculas venerat mundaturus. D. Gregorius Nazianzenus (orat. 40) eadem veritate consentiens his paucis verbis idem docuit: *Filius sine ulla spurcitia ex virgine progressus est: nihil enim est spurcum, ubi Deus est; haec ille a quibus non abhorrent quae Nicetas (supra Lae.) apposuit in suis Commentariis dicens: Misit Deus Filium suum factum ex muliere ineffabili modo, quia sine viri semine, et supra naturae captum citra ulla sordes: ubi enim Deus, nihil illic sordidum, et impurum est. Quia tamen quidam putant huic veritati refragari verba d. Hieronymi contra Helvidium, nec possum, nec deo verba illius, et germanorum eorum intelligentiam his non adnectere. Hieronymus (praef. loco contra Hec.) in hunc modum loquitur: *Luige, si libet, et alias naturae contumelias, noxam mensibus uterum insolescentem, fastidia, partum, sanguinem, pannos: ipse sibi describitur infans, tegmine membrorum solito concolutus, ingerantur dura praecepta, vagitus parvuli, octavae dei circumcisio, tempus purificationis, ut probetur immundus, non erubescimus, non silemus, quanto sint humiliora, quae pro me passus est,***

tanto plus illi debeo; haecenus Hieronymus: cuius verba duplici expositione sunt illustranda: prima, ut dicamus cum Cardin. Toletto, quod uterum insolescentem appellat, quia spatio novem mensium magis, ac magis solito intumescit: crescente enim foetu, necesse erat uterum magis exerescere. Usus est eodem verbo Tertullianus (lib. de carne Christ.); non tamen inde sequitur, quod gravidem intulerit matri, quae fuit sine gravidiae gravida. Appellat autem *fastidia*, non quae Mater perulit, sed quae ipse infans, in utero clausus, passus est: Christus enim intra Virginis uterum suo rationis, ac sensibus pollens, sensit angustiam loci, et alia quae parturient infantes: si enim extra uterum pati tanta dignatus est pro nobis; quomodo intra uterum etiam non est passus? Partum appellat, quia beata Virgo Christum peperit in partu, et sine dolore, sed per vulvam, sicut et caeterae pariunt; quod ad divinam humilitatis dignationem pertinet, qui pro nobis sic est humiliatus. Sed difficultas est in verbo, *sanguinem*, quod tamen non ad sanguinem menstruum defluentem ex beata Virgine referri debet, qui solet immunditiam inferre, et qui in b. Virgine non fuit, sed sanguis hic est ex nervi umbilicaris praecisione: Christus enim etiam non viri semine, sed Spiritu sancto formatus sit, tamen in ulero corpus eius nutritum est, et coaluit ad modum ceterorum hominum membranis duabus obiectus, et per umbilicarem nervum sanguinem ex purissima Virgine sugat novem mensium spatio. Quando ergo egressus est ex utero, nullam matri intulit corruptionem, tamen umbilicarem secum nervum attulit, sicut ceteri infantes, qui praecisione indigeant, qui quidem sanguis non efficit immunditiam matri; et de hoc Hieronymus locutus est. Sed iam ingeniosam aliam d. Ildephonsi expositionem in verba d. Hieronymi accipe: *Quamvis, inquit, doctor Hieronymus in eo opere, quod contra Helvidium egit, videatur excessisse, et in eo loco, ubi ait de hospitio vulvae novem mensium, et de veritate nascendi, quod ille haereticus insultando proposuerat, quasi maestati divinae esset indignum ad tantam dignationem se humiliasse, ut inter viscera in utero versaretur Virgini; ut inter foemora femina nasceretur tam sordidus; sic enim omnia opponens in contrarium, quasi haereticus, ut destrueret fidei catholicae veritatem. Cui et contrario egregius ille veritatis assertor, non cedendo, ut isti volunt, sed dignationem gloriosissimam humilitatis Dei amplius commendando ait; quanto viliora, et inhonestiora pro nobis illa maiestas divina suscepit aut sustinuit, tanto charius nos redemit, et propensius honorandus est. Tali namque sensu, etsi non eisdem verbis, in quantum recolo, eisdem respondens haereticus, videtur b. Virgini non infamiam ullius colluisionis, aut poenam peccati intulisse, sed dignationem divinam, et ezincinationem immensam, et in forma servi recerentem satis commendasse, non ut Virginem recatam a Domino, et exoneratam ostenderet, sed ut clementiam pii conditoris etiam huiusmo-*

di haereticis demonstraret. Idcirco non cessit istis cum Helvidio errantibus, sed corripuit, ut discerent, non infamare Virginem, et Domino non derogare in forma servi humilitatem. Non enim pudicitiam eius in aliquo laesam docet, qui tantum in eius laudem triumphat, neque ad horum cessit adversariis, qui pro ea tantum, et tamdiu dimicant verbi gladio; cui Deus contra hostes eius tantam resistendi contulit gratiam, revincendi praebuit virtutem, ut nemo contra eam audeat insurgere. Deinde plusquam ducenti et viginii Patres in Trullo congregati, ut constat ex septima synodo, veritatem hanc in haec verba docuerunt, canone vigesimono: *Absque ullis secundinis ex Virgine partum esse confitentur, ut qui sine semine constitutus sit, idque toti gregi annunciantes*.

Sexto, et ultimo tandem, loca Patrum antiquitas, quos retuli (lib. 7. Homil. 6.), unanimi consensu docuit, paucis quibusdam recentioribus temere, ut mihi videtur, refragantiibus, beatam Virginem minime comprehensam fuisse in lege illa mosyca: *Mulier si suscepto semine, etc.* sed potius ex vi verborum ipsius legis non obscure ad ea fuisse exceptam. Quia tamen praedicto loco quaedam illorum Patrum testimonia adduxi, illi praetermissis, alia diversa hic apponam. Origenes quidem (homil. 8. in Leuitic.): *Consideremus, inquit, secundum historiam, si non videtur quasi ex superfluo additum: Mulier quae conceperit semen, et peperit masculinum; quasi possit masculum aliter parere, nisi semine concepto: sed non ea superfluo additur, ad discretionem namque illius, quae sine semine concepit, et peperit, istum sermonem prae ceteris mulieribus legislator adiecit, ut non omnem mulierem quae peperisset, designaret immundam, sed eam quae concepto semine peperisset. Eusebius Emissenus (in Purificat. s. Mariae) non dissimilia scripsit, dum ait: *Scriptum est in lege Moysi quod mulier, quae suscepto semine pepererit masculinum, immunda erit. Hac lege beata Virgo non teneatur, quae nullo suscepto semine virgo concepit, virgo peperit. Ad cuius distinctionem Moyses non dicit, mulier quae pepererit masculinum, sed cum additamento, quae suscepto semine. Cum igitur ex nuper praelibatis liquido constat in beatam Virginem nec animae maculas, nec corporis sordes cum aliis parturientibus communes ullo modo irrepisse, et ex consequenti in lege purificationis comprehensam non fuisse; merito b. Virgo hodierna die usurpare sibi posset quod d. Bernardus (serm. 3. de Purific.) id contempsum, sapienter, ut assolet, illam pro prolepsopem introducens dixit: *Quid mihi opus purificatione? cur abstineam ab ingressu templi, cuius uterus virum nesciens templum factus est Spiritus sancti? Cur non ingrediar templum, quae peperit Dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: mirum cum proles ista fons puritatis sit, et purificationem venerit facere delictorum. Quid in hoc legalis purificet observatio, quae purissima facta sum ipso partu immaculata. Hinc insignis Abbas Guericus (in serm. 1. de Purific.) ut referitur in Bibliotheca veterum Patrum, tanquam d. Bernar-***

di praclarus aemulator dixit: *Quid in ea purificandum esse potuit, quae virgo concepti, virgo peperit, virgoque permansit; imo, quae ipso conceptu plene purificata fuit? Quid, inquam, mundandum habuit conceptus ille, qui solus potest facere mundum de immundo conceptum semine, qui fontem, quo immundus purificetur, edidit; fontem domus David, qui hodie patet, in defesseque scetel in ablutioem peccatoris et menstruae? Atqui ob hanc eximiam Virginis puritatem, mundissimumque conceptum, et partum, quae sub purificationis velamine delitescant, arbitror Salomonem in personam eius dixisse (Cantic.): *Nigra sum, sed formosa, filiae Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Non me latet, hunc locum diversimode ab Interpretibus exponi. D. Augustinus (super hunc locum) illum intelligit de universalis Ecclesiae, quae ex iustis, et iniustis coalescit; in eam reddunt illum nigram, illi formosam. Theodoretus, et Origenes ad eandem Ecclesiam verba illa referentes considerant Ecclesiam ex gentibus ad Deum conversis fabricatam, et aiunt, nigram esse propter infidelitatis errores, qui in principio conversionis gentium vigeant; pulchram vero, et decoram ob gratiae venustatem in baptisimo lavacro receptam. Honorius vero (super c. 1. Cantico) de anima peccatrice per poenitentiam Deo reconciliata praedictum locum intelligendum autumat: *Nolite, inquit, angeli Dei, coelestis Ierosolymae incolae, nigram me respicere: nigra sum despectu, et vitis, si priorum maculas attenditis, sed formosa, quia poenitentiam egi, et sanguine Agni sum dealbata: culpas et ignorantiae faciunt, ut sim sicut tabernacula Cedar; sed poenitentia, et sanguis sponsi faciunt, ut sim sicut pelles Salomonis.* Alii vero Interpretes de b. Virgine praedicta verba explicant, sed non eodem modo; nam Nysseus, et Gulelmus ad labores, et patientiam Virginis respicere putant, ita ut beata Virgo insipientium hominum obiectioni satisfaciens diceretur ei: *Qui fieri potest, ut te Filius diligat, cum multis te noceribus premi, et adversitatibus agitari permiserit toto vitae tuae decursu? Ipsa respondet: Fateor, sed in hoc ipso amor eius eluxit, quia dictum est (Sapient. 10): *Certamen forte dedit ei, ut vinceret: nemo enim coronatur, nisi legitime certaverit* (2. Tim. 2). Sic ergo afflicta, sic moerens, Nigra sum, sed patiens et vincens formosa. Rupertus autem (1. c. in Cantic.) refert illa ad suspicionem Ioseph, de quo ait Matthaeus: *Valebat ocellis demittere eam.* Ergo, inquit, in oculis eius nigra erat, et est adhuc in oculis, sicut in sensu illorum qui negant de Spiritu sancto impregnatum. At illa dicere poterat, et reverter dicit: *Nigra sum, id est, progenerans in rena sum, et secundum opinionem male videndum nigra; sed formosa, id est, salva virginitate a Spiritu sancto impregnata, et secundum fidem recte credendum casta, et decora.* Verum illud in hac expositione displicet, quod facit beatissimum Ioseph non satis securum de integrilate Virginis, a qua suspicio cum gravissimis doctoribus illum liberandum lib. 4. censuimus. Quare praedicta verba mihi videntur aptius exponi de purificatione Virginis: cum**

enim, paucissimis exceptis, omnes iudicarent illam ex Ioseph conceptisse, dolores parturientis sustinuisse, virginitatis decorem amisisse, filium peccatorem peperisse, et omnes parturientis sordes contraxisse, et ideo purificationem indigere: merito inquit *nigra sum*, scilicet iuxta falsam hanc vestram explanationem; sed in veritate *formosa*, quia virgo inlegerima semper mansi, et conceptu, et partu purior, et pulchrior evasi; et idcirco persimilis dicor tabernaculis Cedar, et pellibus Salomonis. Exterius temporis iniuriis denigrata eram, intus vero nulla pulchra continebam: unde divinus Sponsus, cui eximia Virginis pulchritudo patula erat, continuo dixit: *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te*; idest, ut Alanus explicat, *tota pulchra, anima, et corpore, amica mea, et macula non est in te*; quia nullum credimus in Virgine ante, et post conceptum fuisse peccatum. Vel, ut Rupertus exponit, *nunc quidem pulchra es, sed nondum apparuit quod tota pulchra sis, et quod macula non sit in te, quod scilicet Virgo conceperis, et generis, et virginis uberibus: hoc praedicatur gentibus ad laudem, et gloriam illius, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA II.

Antiqua lex purificationis explicatur, per quam, tanquam per figuram, et inaugurationem, ad spirituales animae purificationem instruimur, hancque per poenitentiam fieri debere ostendimus: cuius mirabiles effectus, ut peccatorum animo ad eam capessendam proceusimus, multiplici eruditione prosequimur.

Celebris viguit apud Hebraeos, ac inviolabilis observantia euslodit lex illa purificationis, qua dicebatur (Levit. 12): *Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit, nec ingreditur in sanctuarium, donec implerentur dies purgationis suae.* Dies autem istae quadraginta erant in partu masculi; in partu vero foeminae octuaginta: quod sane ad naturae imitationem factum videtur, quia in masculis circa quadragessimam diem a conceptu corpus formatur, et anima illi infunditur: embrio enim, ut loquuntur philosophi, per quadraginta dies est in utero in foeda materia, et absque informatione animae rationalis. Per sex enim primos dies habet se instar materiae lacteae: per sequentes novem, instar sanguinea: per duodecim immediate succedentes crescit caro, et organa formantur, ac disponuntur usque ad quadragessimam diem ad recipiendam animam rationis competentem. Et quavis d. Ildephonus (ser. 1. de Pur.) existimet foetum in utero matris ad perfectionem membrorum non peradi usque ad quadragessimam sextam diem, quod videtur suspensisse ex Augustino (lib. 82. q. c. 56), ob quam rationem dies purgationis assignat quadraginta sex, quia licet Scriptura dicat *quadraginta*, consuevit tamen numerum fra-

ctum complecti sub numero perfecto. Ceterum primum ex his duobus pugnat cum Arist. (lib. 7. hist. c. 3), ubi aperte ait: *Mares formari circiter quadragessimam diem.* Secundum vero contrarius sibi habet gravissimos Ecclesiae Patres, praesertim Ambrósium (lib. 2. de Abrah. c. 8), et Augustinum (in q. in Levit. q. 40). Si vero parietat foemina, duplicabatur dies purgationis, quia propter humorum copiam maiori egebat purgatione, Aristotele dicente (lib. 7. de animal.): *Si mas nascitur, profuit sanies diluta, et pallidiuscula; si foemina, cruenta: ipse etiam Philosophus (eod. lib.) inquit: Mares foetus magna ex parte circa quadraginta dies dextro potius latere moventur, foemina sinistra circiter nonagesimum; et infra: Funditur etiam foetus hoc eodem tempore, cum ante caruncula informis constaret. Et infra: Funditur etiam foetus hoc eodem tempore, cum ante caruncula informis constaret. Et infra: Funditur etiam foetus hoc eodem tempore, cum ante caruncula informis constaret. Et infra: Funditur etiam foetus hoc eodem tempore, cum ante caruncula informis constaret.*

Illud hoc loco circa propositam legem silentio non praeteribo: Quodnam esset peccatum, a quo foemina purgari praecipiebatur, et pro quo abstergendum hostia offerri debebat. Quidam Rabini affirmant, illud esse peccatum perjurii, quia mulieres sentientes partus dolores iurant se non amplius cum viris suis congressuras: quae sententia digna est suis auctoribus, ex proprio Marte haec, et similia deliramenta excoGITANTIBUS. Alii dicunt a peccato in genere purgari, sine quo nemo vitam agit, quia, ut inquit d. Iacobus (c. 3): *In multis offendimus omnes.* Sed dissona est haec expositio, alioquin etiam vir, et quaecumque foemina etiam non parturientes debuissent purificari. Alii putant peccatum hoc esse, quod frequenter committitur in actu matrimonii, cum non sit circumstantis omnibus, quibus fieri debet. Sed nec haec explicatio placet: nam etiamsi sine peccato fieret ullo, adhuc foemina purgari debebat, et hostiam offerre pro peccato, et quia etiam pro viro deberet offerri, qui profecto indebitis circumstantiis illius actus possit defecere. Divus autem Augustinus (quaest. 40. in Levitic.) dicit esse peccatum originale, quod per actum etiam nuptialem derivatur ab Adam in prolem; sed etiam haec sententia difficilis est: nam peccatum pueri originale iam in circumsione erat expiatum; peccatum autem matris iam ante erat ablatum. Pro vera ergo intelligentia supponendum est, non semel in sacra Scriptura nomine peccati intelligi non peccatum ipsum, sed poenam illius, ut patet ex illo (Thren. 4): *Patres nostri peccaverunt, et nos iniquitates eorum portavimus, idest, poenas.* Quia ergo sanguinis profusus, quem parturientis patiebatur, quaedam peccati poena est, ab eo purgari, et pro illo hostiam offerri praecipiebatur. Unde (in Levitic. cap. 15) leprosus sanatus, et similiter patiens fluxum peccati, iubetur offerre sacrificium pro peccato, idest, pro lepra, et fluxu seminis, tanquam pro poena peccati. Sic ergo in praesenti idem est pro peccato, quod pro immunditia, sive fluxu sanguinis, per quem spurcata prodit proles ex utero materno, de quo late in paraphrasi evangelii dicam.

His sic iam praebitis, non possum non pro

exordio praesentis orationis egregia verba insignis illius Abbatis Gueric (serm. 4. de Purif.) mihi usurpare: *Scriptura redemptionis nostrae narrans mysteria, sic refert, quod pro nobis historialiter sunt gesta, ut significet, quae moraliter a nobis sunt gerenda. Cum enim hodie purificatio beatae Mariae recensetur, manifeste de nostra ipsorum purificatione admonetur. Quem vero tanti non moveat auctoritas exempli, cum videamus scilicet, quia illa sanctorum sanctissima, quae nihil purgandum habuit, purgationis tamen legalis implere mandatum non renuit? O Mater immaculata, mater intacta, nonne tuae tibi conscia es puritatis, quae scilicet integritatem tuam nec conceptus, nec partus violaverit, sed sacraevi? Quare ergo tanquam si muliere aliquid in concipiendo, vel pariendo sis passa sine mundationis, quae multib. promissa est, infirmitatis quavis remedia? Sic, inquit, decet nos omnem implere iustitiam, et quae summae mater electa sum iustitia, speculum quoque sinu totius, et exemplar iustitiae. Nisi ego superbia floriam Hebrae, quae promptior est ad excusandum, quam ad expurgandum commissa. Necessarium arbitror, ut vitia originis antiquae, statim in initio omnia novae generationis occurrant exempla. Mater praevacationis peccavit, et excusavit proaciter: Mater redemptionis non peccat, et satisfacit humiliter, ut filii hominum, qui de matre velutatis traduntur necessitate peccandi, de matre saltem noetatis trahant humilitatem purgandi. O filii hominum, tumus purgationis advenit, quando mater summas puritatis, de cuius purgatione dies festus est nobis, pariter et fontem edidit, et exemplum dedit nobis, quo debeamus purgari. Equidem mulier decubans in puerperio, quae immunda secundum legem iudicabatur, expresse adumbrat animam peccatricem, quae consueti conceptum peccatum, et opere perpetrans illud peperit; de quo infelici, et abortivo conceptu, et partu Iacobus Apostolus dixit (in sua Canon.): *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Unde sicut mulier immunda iubetur purgari; ita et anima sordida praecipitur spiritaliter purificari; *Emundate manus, purificate corda duplices animo* (Iac. 4). Sane anima iusti sedes est Dei, ut ait Sapiens (Sop. 7): *Templum est Dei, ut ait d. Paulus (1. Cor. 3); et idcirco ut illi insidat, et ibi assistat, oportet prius a sordibus purgari.* Sordidum templa, vasque templorum tribus maxime constiterunt, fimo, pluvio, liquore: animus istud indicitur, et contaminatur. Quid est pulvis alium, quam epididias opum terrenarum? Quid fumus, nisi vana quaedam aviditas, et ambitio honoris, ac dignitatum? Quid liquor, quod luctuata carnis libido? Quinam alii praeter istos malorum sunt omnium fontes; si evacues, si ab illis te mundum exhibeas, bene mundus, plane es expiatus. Verum quia parum prodest morborum causas tenere, nisi simul noris remedia, pharmacum vana nobis, et mali medicina breviter praescribenda. Mali huius, sive triplicis immunditiae, triplex quoque piavem invenio ad purgationem aptissimum. Sicut enim vitus pulverem abii-cit, fumeos, et liquidas maculas aqua deter-*

gil, aut si firmius inhaesere, absomit flammam: avaritiam dispergens elemosina fugat, superbia humillas retundit, quae similis aquae per ima dilabitur, impudicitiam amor Dei consumit, qui animas ignis instar accendit. Videtur id, neque est satis admirari, caeca gentillas intellexisse, quia, ut tradit Mineus felix in epitalamio Mercurii, tribus praecipue purgationum generibus utebantur, flammis ex Hertruscorum, aquis, ex Graecorum, ventis ex Syriae Phereirae disciplina, et institutione. Mercurius trinae huius purgationis Mantuanus poeta, dum (*lib. 6. Aeneid.*) eecinit:

Aliae panduntur inanes.
Suspensae ad ventos, alii sub gurgite vasto
Infestum elidunt scelus, aut exurit igni.

Ad haec egregie quidem duo in evangelio coniunguntur, purificatio, et oblatio turturis: nam ex natura huius volucris, et ex ritu, quo sacrificari consuevit, docemur, quae ratione animus noster purificandus sit. Tribus purificatio christiana perficitur, in oppositionem aliorum trium, quibus gentilica perficiebatur. Prima ethnicorum purificatio, aqua inter omnium illius regionis optima lectissima fiebat. Ut enim tradit Guilielmus Stuechins (*l. de sac. sacr. f. c.*), Aegyptii sacerdotes non poterant aliter lustrari, quam aqua illa, ex qua bibebat volucris, Urbis nomine, quae famosa erat in ea regione, eo modo nunquam bibebat ex aqua quoquoque infecta. Alii a sacerdotibus Aegyptiis non poterant se purificare aqua stagnata, sed viva, et perenniter fluente; ad quod alludit Aeneas, cum patri suo dixit, nolle secum ferre Deos Poenales, quia cum sanguine bellico inquinatus esset, oportebat se prius in flumine ablueri:

Tu Genitor cape sacra manu, patriosque Poenales,
Me bello extento digressum, et caele rececisti
Attractare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Secunda purificatio accensis facibus fiebat, quibus ethnici putabant deam Cererem filiam suam Proserpinam quaesivisse, quando Pluto illam surripuit, ut feliigit Ovidius (*Epist. sec.*). Tertia purificatio sulphure, et igne fiebat, ut auctor est Homerus in Odyssea: Ulysses enim, ut purificaret domum suam ab inquinamentis, quibus illam spreaverant libidinosi quidam propriae suae uxoris sollicitatores, sulphure et igne usus est:

Porta sulphurantis malorum medelam,
Porta mihi ignem, ut fumicem domum.

Contra has tres purificationes tres alias invenit pietas christiana sub turtura egregia adumbratas. Turtur enim defuncto socio semper gemit, et lacrymarum iacturam, quam patitur ex defectu consortii illius. Ecce primam purificationem consilii, et lacrymarum aqua ad abstrigendas maculas probatissima. Hoc genere Instrationis utebatur David, cum dicebat (*Psalm. 50*): *Lacrymis meis stratum meum rigabo. Quando item turtur sacrificabatur, cibus, quem in*

ventriculo habebat, extrahebatur, et aliis volucris, quasi in elemosinam porrigebatur. Ecce secundum genus purificationis, quae media elemosina perficitur, dicente Ecclesiastico (*c. 3*): *Ignem ardentem calcinavit aqua, elemosina resistit peccatis.* Hac lustratione usus fuit Iob: nam, ut tradunt Lyra, et Rabi Salomon, Iob iussit se sepeliri in domo, quam in deserto aedificaverat, intra quam in protectionem pauperum peregrinorum speciale hospitium creaverat: animadvertens enim se multis peccatorum maculis inquinari; occiderat enim Amasa per traditionem, contra praeceptum Davidis; dilectum filium eius Absalon tribus lanceis transfixerat; rvgiis praecipitis non semel indidem, et infidelem se exhibuerat: ideo cupiens a suis sordibus emundari, consulto in pauperum hospitio, ubi misericordia cum illis usus fuerat, se praecipit sepeliri, ut elemosinis illis divina misericordia cum emundare dignaretur. Tandem cum turtur in sacrificium offerrebat, pennas eius in ignem mittebant, ut significarent, nihil velocem peccatorum cursum, qui in varia scelera prolabantur, vehementius retardare, quam aeterni ignis assiduum meditationem. Huius purificationis necessitatem non ignorans divus Iacobus (*c. 4*), clamabat: *Emundate manus peccatores, purificate corda duplices animo.* Quasi diceret, sicut aer vento, domus scopis, igne metalli, ferrum lima, tunicae aqua, triticum ventilabro, detersione speculum purgari solent: sic animus noster purificari, et sanctificari potest ab omni criminis labe, et sorde per ventum Spiritus sancti, ab austro flantis, per scopam humilitatis, per ignem charitatis, per limam correptionis, per aquam tribulationis, per ventilabrum sanctae meditationis abigens muscas tentationum, et scrupulorum, per detersionem contritionis, per quam anima nostra uti speculum perfecte Deum repraesentat, atque ad eius renovatur imaginem, et similitudinem.

Verum inter omnia haec purificationum genera tanquam omnium optimum poenitentiae lavacrum assumit, prout s. Bernardus (*serm. 6. in parvis*), vos monet dicens: *Quid est autem, quod dicimus beatam Mariam purificari? Quid vero, quod ipsam Iesum dicimus circumcidi? Illa enimvero tam non indiget purificatione, quam neque ille circumcisio: nobis ergo et hic circumcidatur, et illa purificatur, praebentes exemplum poenitentibus, ut a vitis continentibus primum per ipsum continentiam circumcidamur: deinde a commissis per poenitentiam purificemur.* Poenitentiae istius egregiam quamdam imaginem historia reginae Esther ante oculos nobis proponit, dum de illa ait (*c. 14*): *Cumque deposuisset vestes regias, stetit et luctui apta indumenta suscepit, et pro angustis variis cinere, et stercore implevit caput, et corpus suum humiliavit teinuis, omnia loca, in quibus antea lactari consueverat, crinum laceratione complevit.* David haec reginae Esther vestigia plane mihi videtur in poenitentia sua sequutus, quia prius inquit, *convertisti plauctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum.* Ecce luctum Esther. Deinde ait (*Psalm. 108*): *Genua mea infirmata*

sunt a teinuis. Ecce reginae Esther igniunia. Ac tandem sicut regina Esther in eisdem locis, quibus laetata fuerat, moerorem postea concepit; non secus David locum strati sui, quo adulterium commiserat, in oratorium convertit, copiosum lacrymarum imbrem praenimio dolore in illo effundens. Unde ubi nostra Vulgata legit: *lacrymis meis stratum meum rigabo*, divus Hieronymus vertit ex Hebraeo: *Natare faciam lectum praee abundantia lacrymarum.*

Ut autem vestrum omnium animos ad poenitentiam amplectendam alliciam, immo et accendam, in enarrandis variis eius fructibus nonnihil liceat mihi immorari. Primus est, quod animam renovat iuxta, illud Pauli (*ad Ephes. 4*): *Renovamini spiritu mentis vestrae.* Permuta quidem in rebus naturalibus invenio, quae hanc spirituale renovationem, quomodo fieri debeat, nos docent: ne sit quaeso molestum ea audire. De Phoenice refert d. Ambrosius (*lib. de fide resurrex. c. 4*), congregatis quibusdam lignis aromaticis inter illa emori, et ex humore eius vermem fieri, qui paulatim deinde in eandem Phoenicis figuram exercit, et sic singulis quingentis annis renascitur, et renovatur. Aquilam etiam renovari, praeter d. Basilium (*in Psalm. 102*) id asserentem, sacrae Scripturae testimonium probat: *Renovabitur, ut aquilae, juvenus tua.* Renovatur enim iuxta divi Hieronymi sententiam per mutationem pennarum, ad quod alludit illud (*Psalmi 48*): *Assument pennas, ut aquilae.* Vel ut vertunt Sept. *Pennas producent, ut aquilae.* Vel iuxta mentem d. Augustini (*super Psalm. 102*) fit eius renovatio in hunc modum, quod prae nimia vetustate rostro eius adeo excresecimento, ut ad necessarium cibum sumendum impedimento ei sit, ipsa illud elidens ad petram, forti illo contactu, et collisione illud confringit, et ad pristinum iuventutem redit. Accipitrem item per mutationem pennarum renovari Patres adnotant, praecipue d. Gregorius (*lib. 31. Moral. c. 6. et 15. et 32*): vertit enim se ad australem plagam expandens alas, et callido vento incallescens, pori eius aperitur, et sic veteres pennae facilius decidunt, et novae succedunt. Colligo id ex verbis Iob (*c. 39*): *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?* Cervum etiam renovari auctor est d. Hieronymus (*super Isai. c. 34. et 35*): ut enim rerum naturalium historiographi testantur, cum ad veritatem serpentem in antrum suum introiisset, tremendis fremibus eum foris egressi compellit, confestimque super ipsum ascendens, rabidis adeo morsibus illum impetit, ut praenimio conatu, quem in eundem exhibet, nocivum sudorem expellat, et sic renovetur, et juvenescat. Similiter renovationem colubrum sustinet, praeter Origenem (*super Ex. Hom. 14*) id affirmantem, quotidiana experientia satis confirmat, cum videamus ex ingressu per angusta petrarum foramina antiquam pellem exuere, quam ut facilius deponere possit, prius se in fonte abluit, ut aquae humectatione facilius reddatur expoliatio. Qui igitur vere poenitentiam de peccatis commissis agit, debet

instar Phoenicis per profundam foeditatis illorum considerationem sibi villescere, et humilis vermis fieri, ut sic in pristinum redeat elegantiam, et venustatem. Vel tanquam generosa aquila, angularem, ac solidissimam petram, Christum Dominum intelligo, Paulo dicente (*1. Cor. 10*): *Petra autem eral Christus*, per orationem iterum, atque iterum continens, malae consuetudinis rostrum, quae spirituale animae cibum sumere prohibebat, deponere. Vel debet, tanquam accipiter ad australem auram solis iustitiae respicere, ut radiis eius incallescens, non corporis pori, sed animi, intellectus scilicet, et voluntatis, ac per consequens, pravorum habituum, et affectionum pennae decendant, et aliae purae, ac sanctae illi succedant. Vel certe instar cervi tot contritionis fremitus emittit, et ut antiquum serpentem foras abire compellant, et pravo, ac nocivo peccati sudore expulso spiritualiter renovetur. Vel tandem debet tanquam coluber per areta illa tria poenitentiae foramina, mentis dolorem, oris confessionem, et operis satisfactionem ingrediens, velutiam antea factae peccaminosae vitae pellem exuere, novam conversationis, et divinae gratiae stolam induere, iuxta illud Apostoli (*Coloss. 3*): *Exuente veterem hominem, induite eum, qui secundum Deum creatus est.*

Secundus poenitentiae effectus valde iucundus est, quod vivam iracundiam placat, ac ignem divini furoris extinguit. Hic enim quantumvis ardeat, facilius mitescit, quia dum haec mortalitas durat auro, divinae irae sententia non est diffinitiva, sed tanquam actus interloquutorius, et ideo recte potest appellari a Dei iustitia ad eius misericordiam, nec appellatio repulsam patietur, ut non obscure indicat historia illa reginae Achab, qui iniuste occiderat Naboth: adeo tunc iratus fuit Dominus, ut vocaret Eliam, et mitteret illum ad regem, dicens (*3. Reg. 21*): *Surge, et descende in occursum Achab, et loqueris ad eum: Haec dicit Dominus: In loco hoc, in quo lincerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mungentem ad parietem. Ad sedandum tamen hanc divinam iracundiam rex Achab poenitentiae remedium assumpsit: *Cum quidvisset Achab sermone istis, sedit vestimenta sua, et cooperuit cilicio carnes suam, ieiunavitque, et dormiit in sacco, et ambulavit demisso capite.* Cum primum tamen haec poenitentiae indicia dedit, factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: *Nonne vidisti humilitatum Achab coram me? quia igitur humilitatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* Ecce impletum, quod d. Augustinus hoc perpendens dixit: *Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris mutare vitam.* Simile quidpiam legitimus (*lib. 4. Regum*) de rege Ezechia, qui postquam Isaias, tanquam Dei nuncius, ei dixerat (*c. 20*): *Morieris enim, et non vives; ipse vultum convertens ad parietem, in quo, ut Hebraei dicunt, fenestra erat, qua templum respiciebat, orationem effudit ad Deum, ut averteret ab eo illud malum: et ut ait sacer textus: Antequam egredereur Isaias manum para-*

tem atris, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Revertere, et dic Ezechiele ducei populi mei: Haec dicit Dominus Deus David patris tui: Audi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas; et ecce sanavi te: die tertio ascendes templum Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: quaedam translatio habet: Vidi lacrymam tuam, et ecce sanavi te. Iuxta quam observatione dignum est, quod quamvis copiosissime fleverat, sacro textu dicente: *flevit eiulatu magno, unius dumtaxat lacrymae meminero: vidi lacrymam tuam*: ut inde coniciat peccatorum poenitentiam ad divinam iracundiam sedandam mirabilem adeo virtutem habere, ut vero poenitenti lacrymula una id praestare sufficiat. Unde fit, ut saepe peccator ad maiorem, et intensiorem gratiam ex divina liberalitate resurgat, quam antea habebat, iuxta illud prophetae Baruch (c. 4): *Sicut fuit sensus vester, ut erraretis a Deo; decies tantum iterum converteretis requiritis eum*. Atque hinc vellem vos admonere fratres, ut quantumcumque enormissimus peccatis sit animus implicatus, de divina misericordia minime desperetis: nam etiamis crudelissimis serpentibus, immanibusque feris, ac spurcissimis animantibus persimiles sitis, Christus Dominus Salvator noster cupit vos purificare sanguine suo, ut eleganter d. Nazianzenus (orat. 6) dixit: *Neque enim purus Deus tanto in prelio quidquam habet, quam puritatem, aut purgationem. Tanti autem illam fecit, ut ad expurgandas omnes crinum sordes, suavissimum amoris igne incensum balneum ex suo sanguine praeparaverit*. Certe Ioannes inquit (Ap. 1): *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Ecce aperte designat ignem divini amoris, cum ait, *dilexit nos*; necnon et balneum ad purificationem potentissimum, cum subiungit, et *lavit nos in sanguine suo*. Cuius quidem mirabilis potentia satis admissum adumbrata fuit in linteo illo d. Petro ostenso; ut enim narrat d. Lucas (Act. 10): *Vidit coelum apertum, descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initis submitti de coelo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, et serpentina terrae, et volatilia coeli. Et facta est vox ad eum: Surge Petro, occide, et manduca. At autem Petrus: Absit Domine, quia nunquam manducaei omne commune, et immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commane ne dixeris. Animalia, ac serpentes immundi, qui linteo continebantur, et immundos adumbrant homines: hos tamen serpentes, hos dracones, hos leones, tygrides has; sanguis Christi purificat. Unde vox illa: *Quod Deus purificavit, tu commane, id est, immundum, ne dixeris, Deus, inquit, purificavit, nimirum sanguinis balneo potentissimo, et ex serpentibus, ferisque, atque immundis animantibus in homines rationis participes, ac mundos commutavit*. Potens lavacrum fuit Iordanis, cuius undae (4. Regum 5) Nahamonti corpori insidentem lepram abluere poterunt: multo potentius lavacrum est sanguis Christi, cuius una gutta omnium hominum lepram a nimis ipsis inherentem valet expurgare. Aliquid potentiae habuit olim sanguis victimarum ad purificandum: verum carnem ille purgabat,*

non conscientiam; at Christi sanguis ad conscientiam usque abluentionem pertingit. Hinc illud Pauli (ad Hebr. 9): *Si sanguis hircorum, et taurorum, et cinis rituales expersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram?* Potens lavacrum fuit antiquum diluivium, quod prima aetate universum terrarum orbem inundavit; verum homines sustulit, scelera non expiavit. Christi autem sanguinis diluivium in omnes terras immisissum scelera, non homines abstulit; occidit peccata, hominibus vitam dedit. Consolamini igitur, qui sordidi estis, quia iam nunc in templo ierosolymitano patere incipit fons vitae, de quo Zacharias (c. 13) praedixerat: *Erit fons patens Domui David, et habitantibus Ierusalem in abluentionem peccatoris, et menstruae*. Quod Malachias (c. 3) apertissime etiam vaticinatus fuit: nam postquam dixerat: *Statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quaeritis*, statim subiungit munus abluendi, et purificandi, ad quod veniebat: *Ipse enim, quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum purgabit filios Levi*. Nemo ignorat duo haec, ignem, et herbam fullonum magnum vim ad purificandum habere; et utriusque comparat Christus Dominus. Certe ignis iuxta diversitatem materiae, cui applicatur, urit, calefacit, liquefacit, illuminat, corroborat, aut inflammat: similis modo Salvator in hunc mundum primo adveniens, hominum frigida pectora calefecit, cordium duritiam liquefecit, peccatorum rubiginem excussit, infidelitatis coecitate detentos illuminavit, originarii labe dedecore, et servitute daemonum oppressos liberavit, ac infirmos corroboravit, desiderio languentes et accidia torpore facibus amoris sui inflammavit: idcirco dicitur est ignis. Sed cur herba fullonum? An quod huic herbae proprium sit vestes emaculare, ac simul dealbare? sane Christus labes tollit animarum, et emaculatas alio marmore reddit candidiores. Noverat, qui dicebat (Psalm. 50): *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor*. Ecce prius illud: *lavabis me, et super nicem dealabor*: en tibi posterius aliud. Sed cur Malachias utriusque meminit? nonne alterum sufficiebat? Certe id fecit, ut omni hominum generi promptam, ac paratam expurgationem in Christo significaret. Sunt quidam molles, ac remissi animi, qui facile cadunt, facile resurgunt, linteis squallidis, et sordidis persimiles, quae facili negotio fulonis arte emundantur. Sunt alii duri, cervicosi, quibus peccati occasionem difficilium, quam Herculi clavam eripias; magis similes hi sunt metallis aeruginosis, qui non lotis, sed conflosari; non herbae borib, sed fusorii fornacis indigi censendi sunt. Verendum sane, ne quod per prophetam Aggaeum hisseccalotes hominibus proponitur ad remedium, in ruinam vertatur illorum. Puer enim, qui hodie praesentatur, positus est in ruinam, et in resurrectionem multorum, ut refert d. Lucas (c. 2): *in ruinam quidem sordescientium in sordibus peccatorum; in resurrectionem vero eorum, qui, quas sordes contraxerunt, eluere conantur in sanguine Agni; qui solus nos lavit a peccatis*

nostris, ut ait Ioannes (in sua Apocalypsi); qui solus, teste Iob, potest facere mundum de inmundum conceptum semine; qui solus peccata rabra ut coecum, supra nivem dealbat, ut more Isaeiae loquar.

Tertius effectus poenitentiae est in hac vita quoad fieri potest, beatificare, et in futura ab atrocissimis purgatorii poenis eripere. Primum satis aperte testatur David, dum ait (Psalm. 31): *Beati quorum remissae sunt iniquitates*. Sicut enim poela Maro, tanquam rem magnam de Caesare dixit:

Divisum imperium cum Iove Caesar habet:

non secus poenitentia quasi divisum imperium videtur habere cum Deo: nam sicut ille beneficit in patria, ita et poenitentia in via (Ps. 118): *Beati immaculati in via*. Illudque interest discrimen inter has beatitudines, quod illa coelestis est beatitudo possessa, haec sperata; illa incepta, haec consummata. Secundum vero obscure probat, quod duplex habet Deus purgatorium, in vita haec unum, post mortem alterum. Huius vitae purgatorium poenitentia est, ut docet Chrysostomus (hom. 3. de poenit.): *Lavabo, dixit David, per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*. Si lacrymarum ubertatem, ait Chrysostomus, David voluisset ostendere, satis fuerat dicere: *lacrymis meis stratum meum rigabo*. Quare ergo praevenerit, *lavabo?* ut ostendat lavacrum, et purgatorium peccati lacrymas esse; haec ille. Alterius vero vitae purgatorium ignis est acerbissimus: salius ergo est in purgatorio poenitentiae per totam vitam habitare, quam in purgatorio ignis per annum commorari. Hinc magnus Pater Guericus (serm. 4. de Purif.) inquit: *Sattus est, o fratres, et suavis fonte purgari, quam igne*. Prorsus, qui fonte non fuerint modo purgati, igne habent purgari; si tamen purgari meruerint, quando scilicet iudex ipse, quasi ignis conflans sedebit, conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi. Nunc Christus aqua diluens, tunc ignis consumens; modo fons patens in abluentionem peccatorum, et menstruae, tunc flamma saeviens, et ignis vorans, usque ad medullas animae. De ardore siquidem irati, fors ille purgatorii ignis eardesceat in conspectu eius, et inflammabit in circuitu inimicos eius, et ignis a facie eius exarsit. Inde cadent super eos carbones poenitenter purgatorii, quibus modo non habentur carbones salubriter desolatorii: qualem illum fuisse reor carbonem sublatum de altari, qui Prophetae labia purgavit. An vero et illi carbones huiusmodi quant intelligi, de quibus cuidam dicitur: *Ecce dati sunt tibi carbones, et sedebis super eos; hi erunt tibi in adiutorium: vobis reliquo ad iudicandum*. Ibidem etiam miseram sortem eorum, qui purgari renunt, in haec verba deplorat: *Veh nobis, si dies implerent, et purgatio minime impletur, et postea necesse sit impleri, et illo nos igne purgari, quo nihil poenitius, nihil acrius, aut vehementius in hac vita potest excogitari! Sed qui ille tam perfectus, tam sanctus, qui cum hinc exierit, nihil illi debeat igni? qui sic ad purum omnem in se*

scoriam excoerit peccati, ut gloriari possit castum se habere cor, ut dicere possit: mundum est cor meum, purus sum a peccato? pauci quidem sunt electi, sed inter illos paucos paucissimi sum, arbitrator, ita perfecti, ut purgationem illam impleverint, de qua Sapiens dicit: *De negligentia purgare cum paucis; haecenus dilectus*. Sed proh dolor! eo processit inverecundia, eo mentis elatio ascendit, eo caliginosa caecitas pervenit, ut non paucos invenias, qui afferunt se immundos non esse, de quibus Salomon (Prov. 30) exclamavit: *Generatio, quae sibi munda videtur, et tamen non est lola a sordibus*: quibus consonant alia eiusdem Salomonis (ibidem): *Est via mulieris adulterae; comedit, et tergit os suum, et dicit, non sum operata*. Per similia etiam observo illa Ieremiae (cap. 2): *Quomodo dicitis, non sum pollutata post Baalim non ambulavi? Quasi dicit, frustra tibi blandiris: novi le ego melius, quam tu le ipsam; fallere me non potes: et la scias me non latere, quae tegeo conaris, vide eas tuas in convalle, scito quid feceris; videbam cum faceres, et luce claritatis meae penetrabam intimos animae tuae sinus. Sed peius, ac detestabilius hoc, malum aliud per republicam grassatur. Vellem de hoc dicturo mihi Archistatan licere imitari, cum de turpe quiddam dicendum rei propositae series compelleret, nihil quidem protulit, sed pariet, ut auditors legerent, inscriptis. Quid quibus dem carbo, nec ad manus cartha est. Ignis dicam verbiis certe non alius, quam Isaeiae (c. 3): *Peccatum suum, sicut Sodoma, praedicaverunt, nec absconderunt*: hoc est: quemadmodum Sodomitae inverecunde, et quae omni libertate peccantes, nec pudorem ullum scleris habebulis dixerunt ad Lot: *Educe virum foras, ut cognoscamus eos*; sic isti publice proclamantes praedicaverunt peccatum suum. Delegerunt sane isti, quam illi, quos nuper excebar: nam illi negant culpam, isti commemorant, et laudi ducunt, quod impissimum est in oculis Dei; qui sibi honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA III.

Referantur, et expendantur variae causae, ob quas beata Virgo legi purificationis non obligata se libenter subiecit: exordium tamen a singulari eius obedientia, quam in hac purificatione mirifice praefulsisse ostendimus, per multaque de perfectione obedientiae disserimus.

Cum beatissima Virgo, ut homilia prima explicuimus, purificationis legi non esset adstricta, utpote quae a viri contactu se semper abstinuit, de Spiritu sancto concepti, nullas parturitionum sordes contraxit, imo in ipso conceptu et partu pura, et immaculata magis exiit, merito sancti Patres in exquirendis causis, quae beatam Virginem, ad submittendum se huic purificationis legi impulerunt, diligen-